



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

299. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex Concilio apud Sueßionis.*

**CCXCVII.** Obtentum est etiam à de-  
potissimo Principe Karolo ut incesti quilibet  
aliique perditi examen Episcoporum refu-  
gientes, per judices publicos ad eorum præ-  
sentiam deducantur, ne ulterius inlecebram  
peccandi nutriat impunitas vitiorum.

*Ex Concilio apud Lauriacum in pago Ande-  
cavensi anno DCCCXLIV. Indictione  
V I. cap. I. mense Octobri.*

**CCXCVIII.** Si quis publicus divinæ  
legis prævaricator, vel pro manifestis crimi-  
nibus, ecclesiastica justa & rationabilia judi-  
cia contemptor repertus fuerit, ac sanctorum  
patrum constitutionibus contradictor, si mo-  
nitionibus episcopalibus obtemperare distu-  
lerit, anathematizetur.

*Ex eodem, cap. II.*

**CCXCIX.** Si quis contra regiam digni-  
tatem dolosè ac callidè & perniciosè agere  
comprobatus fuerit, nisi dignissimè satisfe-  
rit, anathematizetur.

*Ex eodem, cap. III.*

**CCC.** Si quis potestati regiæ, quæ non  
est juxta Apostolum nisi à Deo, contumaci &  
inflato spiritu contradicere vel resistere præ-  
sumperit, & ejus justis & rationabilibus im-  
periis secundùm Deum & auctoritatem ecclæ-  
siasticam ac jus civile obtemperare noluerit,  
anathematizetur.

X iij

Concil. Sueſ-  
ſionis. 2. c. 12.

Vide to. 2.  
Concilior.  
Gallia pag.  
36.  
Burchard. lib.  
15. c. 7.

Burchard. lib.  
15. c. 22.  
Rom. 13.